

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1429

Autre(s) référence(s) : Fauroux 2 / Tabuteau 102

Auteur(s) : Gautier, Dreux (comte)

Bénéficiaire(s) : Chartres, Saint-Père (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 965

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Richard Ier souscrit la charte par laquelle Walterius, comte de Dreux approuve la donation de l'église Saint-Georges[-Motel] faite par Teodfredus à Saint-Père de Chartres.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Guérard Benjamin, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Père de Chartres*, Paris, Crapelet (Collection de documents inédits sur l'histoire de France ; 1re série. Histoire politique), 1840, 2 vol., t. 1, p. 55, ch. 1.
- b. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1862-1869, 3 vol., t. 3, p. 117 (extrait).
- c. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 2, p. 68-69.

Indications

Musset Lucien, *Actes inédits du XIe siècle III. Les plus anciennes chartes de l'abbaye de Bourgueil*, *BSAN* n°54, 1957-1958, p. 40.

Texte établi d'après c

De ecclesia Sancti Georgii Sancto Petro data.

Auxiliante Christo Domino et salvatore nostro, Walterius, comes Dorcassini comitatus. Notum esse volumus omnibus sanctæ Dei æcclesiæ (sic) fidelibus tam presentibus quamque futuris, quia adiit nostram præsentiam nobilis vassallus Teodfredus, postulans ut assensum ei præberemus super quandam æcclesiam beneficii ipsius, videlicet in honore Sancti Georgii consecratam, quam ipse tradere disponebat monasterio Sancti Petri Carnotensis ubi præesse videtur Guibertus, humilis abbas. Siquidem eandem æcclesiam expetierunt ab eo monachi Sancti Petri omnes in commune tradi sibi donatione perpetua, tali ratione et convenientia quali inter eos deliberatum est. Considerans igitur salubrem ejus petitionem, ejus voluntati libentissime annui, maxime propter animæ meæ remedium parentumque meorum et prædecessoris mei Landrici comitis ; quod simili de causa confirmavit se idem facere Teodfredus pro obtentu veniæ suorum parentumque peccatorum. Ad cavendam autem, quod minime credimus, subsequentium inimicorum calumniam causa recognitionis, singulis annis, missa Sancti Remigii quæ evenit kalendis Octobris, trium solidorum pensionem solvere eis statuimus. Quod si quis contra hanc donationis traditionem venire temptaverit, aut aliquam calumniam ullo umquam tempore inferre voluerit, æcclesiastica dampnetur auctoritate, et episcopali percutiatur excommunicationis anathemate ; nobis autem

nostrisque successoribus, socio fisco coactus, .V. libras auri cocti emendando persolvat ; monachis autem nullo umquam tempore usque in finem seculi nichil aliud exinde requiratur, nisi quod supra scriptum est. Itaque ut hæc notitiales litteræ stabilem et inconvulsam obtineant firmitatem, tam manu nostra quam Richardi ducis in cujus comitatu esse videtur, quam etiam nobilium laicorum, subter roborare decrevimus. Actum Ebroico comitatu, publice. Signum Walterii comitis, hujus cartulæ auctoris. S. Teodfredi militis. S. Richardi ducis. Anno ab Incarnatione Domini .DCCCC°. .LX°. .V°. , indictione .VIII.a, regnante Clothario rege, anno .XI., scripta est hæc donatio a levita Germano.